



Universitätsbibliothek Paderborn

**Gallia Vindicata, In Qua Testimoniis Exemplisque
Gallicanæ Præsertim Ecclesiæ, Quæ Pro Regalia, Ac
Quatuor Parisiensibus Propositionibvs A Ludovico
Maimburgo, Alijsque producta sunt, Refutantur**

Sfondrati, Celestino

[Ort nicht ermittelt], MDCLXXXVIII.

26. Epistola Cardinalis Cibo ad Episcopum Apamiensem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38277

284 Dissert. I. § VIII. Documenta ex Gallico
Documentum XXVI.

Epistola Eminentissimi Cardinalis Cibo ad Re-
verendissimum Episcopum Apamensem.

Data 8. Decembris, Anno 1677.

Illustrissime & Reverendissime Domine.

ACcepi unà cum humanissimis litteris tuis, instrumen-
tum appellationis interpositæ à Sententia Archiepi-
scopi Tholosani: in quo Sanctitas Sua non permettit, ut à pa-
terna sua erga te, & Apamensem Ecclesiam charitate quic-
quam diù desideres, sicuti, occasione se dante, certis cognos-
ces. Tibi Illustrissime & Reverendissime Domine, læta fau-
staque omnia à Deo auguror. Romæ, die 8. Decembris
Anno 1677. Illustrissime & R. D.

*Servitor
A. Cardinalis Cibo.*

Documentum XXVII.

Secunda epistola Reverendissimi Episcopi Apa-
mensis ad Regem Christianissimum.

20. Januarij Anno 1678.

ACcepi quām maximā potui veneratione Arrestum
Consilij 28. clapsi Novembribus latum, quo Majestas Ve-
stra injungit mihi, ut intra duos menses Sacramentum fide-
litatis in' acta publica referri faciam, admittāmque de qui-
busdam Canonicatibus alijsque Beneficijs Regularibus Ec-
clesiae Apamensis, titulo Regaliæ provisos, idque sub po-
na privationis omnium fructuum & proventuum tempo-
ralium. Patiatur Majestas Vesta humillimas preces meas,
quas vid. necessitas hujus causæ expressit, Sibi deferri, quā-